ſter Ieſus Chriſtus de ſeipſo, innuens & alijs idipſum ac peius futurum. Sed hîc in Phyſicis de Chemia ſolùm agitur & nõ de probitate vitæ, quã Philoſophiæ morali tractandã relinquimus. Quapropter ad occultorũ Phyſicam, vel potiùs naturalem Anatomiã redeamus oportet, relictis conuitijs nullo philoſopho dignis, tum maximè quòd per ſeipſa & nullo conatu reflectant aculeum in ſuos autores, quos manifeſtè produnt hoc ipſo non eſſe philoſophos, at eiuſdem farinæ fermentiq; homines, quales alios conuitijs eſſe volunt. Nemo ſanæ mentis igitur Chemiam reprehẽderit, qui non iſtius negabit integritatem ex bo

na